

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9320

Auteur(s) : Jean, fils de Robert de Moscon [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1184-1194]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Arrangement de la controverse entre les moines de l'abbaye de Savigny et les fils de Robert de Moscon à propos de la terre de Vaux.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Caen, Arch. dép. Calvados, F 5690, fol. 139. Fac-similé du cartulaire

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° LXXVIII)

Texte d'après B

Noverint universi fideles quod cum aliquando fuisset contentio inter monachos Savigneii et Johannem et Radulfum et Willelmum filios Roberti de Muschon, de terris feodi ejus Roberti de Moschon ad grangiam de Vaus pertinentibus et quibusdam pactionibus quas prenominati viri adversus dictos monachos reclamabant, post multas altercationes, in presentia domini Radulfi Filgeriensis et domini Alanni de Dinanno et Radulfi de Albigneo, in hunc modum pacis et concordie pars utraque concordie pars utraque convenit. Siquidem supradicti viri filii Roberti de Moscon, in perpetuam elemosinam concesserint monachis Savigneii quicquid juris habebant in Brollio de Moscon et in masura de Vaus et in terra de Verneia et in haillis Costardi et in prato Igerii Tuelou et in omnibus aliis rebus excepto quod monachi quinque solidos andegavensium quos Willelmo filio radulfi reddere solebant pro terra de Verneia, prefatis fratribus cum eos a predicto Willelmo filio Radulfi disvadiaverunt, annuatim reddent. Preterea Willelmus filius supradicti Roberti de Moscon vestes illas quas ei, ut aiebat, de jure annuatim dare monachi debebant, penitus dimisit, nunquam eas vel aliud quicquam de jure a monachis Savigneii deinceps quesiturus similiter et alii duo fratres ejus Johannes et Radulfus nichil omnino in omnibus rebus ad abbatiam Savigneii pertinentibus de jure reclamabant hoc autem se legitime servare sepius dicti fratres Johannes et Radulfus et Willelmus fide corporaliter prestita pariter affirmaverunt in capitulo Savigneii coram F abbate Clarimontis et Willelmo abbate Savigneii et omni conventu, presentibus etiam domino Radulfo de Filgeriis, domino A de Dinanno, Radulfo de Albineio et multis aliis clericis militibus et laicis et sciendum est quod ob hanc dimissionem et concessionem sepiissime nominatis fratribus Johanni, Radulfo, Willelmo XX libras andegavensium et unum equum monachi dederunt et concesserunt eis ut habitum religiosus cum voluerint eis dabunt. Hujs rei testes sunt F abbas de Claromonte, Radulfus dominus Filgeriarum, dominus Alanus de Dinanno, R de Albineio, magister de Trembleio, magister Aubertus, Willelmus Gorran, Willelmus de Boscoberengier et alii multi. Et ut hoc memoriter

in posterum conservetur tam fideli roboratum testimonio, presens scriptum dominus R Filgeriensis et dominus A de Dinanno et Radulfus de Albineio suorum astipulatione sigillorum muniverunt.